

804

BIBLIOTEKA

Zakl. Nar. im. Ossolińskich


XVI 1.023


Ignacy.

Thomson

No.

1007 ;





(7)  
2  
VITA, GESTA  
ET MIRACVLA,

Beati Esaiæ Poloni Cracouiensis, Docto-  
ris, Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti  
Augustini, Casimiræ ad Cracouiam  
in templo S. Catherinæ Tumu-  
lati, Anno Domini, 1471.  
Die 8. Februarii.

*Ex diuersis Authorum fide dignorum fragmentis excerpta, &  
in Catalogo Sanctorum Regni Polonia Patronorum  
serie est congesa, & nunc primum in lucem*

Ædita:

AUTHORITATE

ILLVSTRISSIMI DOMINI BERNARDI

*Macieowski, Sanctæ Romane Ecclesie Cardinalis,  
Archiepiscopi Gnesnensis.*

1606.

A MARTINO BARONIO IAROSLA-

*uiense Clerico.*

Scitote quoniam mirificauit Dominus San-  
ctum suum & dedit illi scientiam Sanctorum.

Plal: 4. Eccles: 45.

Cum Gratia & Priuilegio S. R. M.

*Superiorum permissu.*

CRACOVIÆ, Basilius Skalski impresit, Anno Domini, M. DC. X.

## In Insignia

PERILLVSTRIS ET REVERENDISSIMI DOMINI,

Domini Hieronymi Reczayski, Archidiaconi  
Cracouienſis, &c. &c.

**C**ornua, nil metuunt anguis, tua cerue, Sibilloſe  
 Hinc fugiat coluber; criminis vltor adest.  
 Aſſida ſub labiū vibras inimice venena?  
 Cornua Tutoris ſunt inimica: fuge.

XVII - 1023 - II

PERILLYSTRI ET REVERENDISS: DOMINO,

# DOMINO HIERONYMO

RECHZAYSKI, ARCHIDIACONO

& Canonico Cracouiensi Dignissimo,

&c. &c.

Perpetuam felicitatem precatur.



Xpertus in dies Beatus Esaias Boner, ex Religiosa  
Sancti Augustini Eremitarum familia, quante SS. Dei  
augeantur in caelesti patria corone, quantiq; accrescant  
accidentalis premii gradus ex imitatorum gregibus, qui  
suarum exempla virtutum scisci, cum illis eundem saluis  
obtinuerunt portum: vitam suam ad imitandum palam  
proponere gestit, quam in hoc labili mortalitatis statu,  
religiosis claujerat parietibus, Ne licet solidis virtutibus, ere nimirum ferroq;  
fortitudinis roborata, eloquiorum Diuini argento, quod igne probatum, terra  
purgatum septuplum dicitur adornata, sapientiaq; auro decorata: attamen  
elationis vento, sagitte volantis icibus (tanquam lapillo statua quam Nabu-  
chodonozori Dominus per somnium demonstrauerat) concussa, in eternum  
rueret exitium: quemadmodum multis contigit, utpote pedes adhuc fragilita-  
tis humane luto permistos habentibus. Cum vero iam in Dei cali regnum,  
quod teste Daniele in eternum non dissipabitur, cen verus obediens locuturus Dan.  
victorias, obfirmatus, in altissima petram que Christus est conscenderit, in ta-  
lem nimirum statum, qui nullos elationum ventos pertimescit, nullisq; sa-  
gittis, quibus sagitant in occultis immaculatos tenebrarum principes, terretur:  
ruptis silentii diuturni repagulis, imitatores si qui esse voluerint illius, quem  
admodum & ille Christi fuit, eadem premia percepturos ad sui conuocat imi-  
tationem. Verum cum patronis destituto, pauperi in publicum (vt moris est)  
prodire non conueniat, utpote quem abnegatio sui, propinquus: castitas,

liberts: paupertas, opibus: animi demissio, honoribus: mundus quem contempsit, auxilio: parentes quos odio luxuria Domini consilium habuit, tutela & obedientia denique: voluntate spoliavit: querendus mihi, secundum consuetudinem patronus est, cuius dextera ex ignorantie productus tenebris, disruptis claustrorum parietibus ab hominum consuetudine remotis, vite sue virtutem eximius adumbrata speculum, tanquam in candelabro lucernam exponat omnibus: ut videntes opera illius bona, glorificent Patrem qui in caelis est, eiusdemque vestigia sequentes, illi coronam, sibi mercedem augeant & salutem. Sed quis patronus erit pauperi? certe Ecclesie Sanctae Doctor piissimus, & sapientissimus Hieronymus, si viueret proculdubio esset: cuius tantus labor fuit, in describendis SS. virorum gestis, & in extollendis eorum virtutibus, ne posteritas tantis ad virtutem incitamentis, exemplis ecclesie ornamentoque priuaretur. Sed cum iam ille, cum Christo regnans, a suis requiescat laboribus, Te te Perillustris & Reuerendissime Domine Hieronyme Reczajski, compello: te mores, vitam spiritum, cum nomine istius S. Doctoris, studere imitari obseruo: tibi derelictus est hic pauper: pauper inquam opibus, quas reputauit ut stercore, ut Christum lucrifaceret, sed auro ditatus ignito, quod emere suadet apud se, in Apocaliptico, ille, qui suum esse aurum & argentum, apud Aggeum Prophetam testatur. Hunc si sub tuam susceperis tutelam, ditio rem te, non opibus temporalibus, quas erugo & tinea demolitur, & quae dissipantur in terra, sed spiritualibus quae reconduntur in caelo, breui credas efficiet. Si enim quod doctrinam Sancti Doctoris, patroni tui teneas, & mores imitari studeas, tanto dignitatis Ecclesiasticae (Comnes enim norunt, quantum coram Deo & hominibus, munus & onus sit in Cathedralibus precipue Ecclesie, Archidiaconum esse) ornatus sis honore, quantum te manebit in caelo, si tui etiam quod ad promouendam gloriam Sanctorum, eorumque gesta ab interitu vindicanda, spectat imitatus gesta patroni, huius Beati Esiae vitam, sub tua tutela mundo demonstraueris? demonstrandus ab eodem vicissim, in triumphante Ecclesia, coram aeterno patre qui benedixit eis, qui suis benedicunt seruis: & maledixit, qui iisdem maledicunt. Ad haec te non solum dignitas tua Archidiaconalis, primariae urbis huius, in hoc amplissimo Poloniae Regno, sed etiam locus ipse, & Petrauiensis Ecclesia, cui recens ab Illustrissimo & sapientissimo Antistite Cracouiensi, Petro Tylicki Senatore Regni tutoris grauissimo (qui suos mores optimos, & dotes egregias bene nouit)



# Præfatio.

5

novit) cum bonorum omnium lætitiâ præfectus es, non incommodè inuitat.  
locus, inquam, ipse in quo Poloniæ gloriosissimus Patronus, D. Stanislaus, sibi  
& iustitiæ testem sepultum, à mortuis excitavit Petrauinum nomine; vt tu quoq;  
suo modo, Beatum Esaiam ex Familia Augustiniana, ignorantie sepultū teneas  
bris, testem suæ euoces sanctitatis; vt testis sit omnium statuum & conditio-  
nam hominibus viam ad cælum, amorem Dei & bona facta causa Dei, esse, vt  
& ipsi sciant quomodo suum vitæ cursum in terris sint adoptatum eterne salu-  
tis portum gubernaturi, ne illos à rectitudine deflectere contingat. Vale  
Prelate dignissime, Deus te Ecclesie suæ quam diuissime incolumem seruet.  
& hoc qualemcunq; munusculum tibi à me minimo tuo cliente dicatum, beni-  
gnus accipe. Datum Cracouiæ. M. DC. X. Die X,  
Aprilis.

Perillus. & Reueren. Celsitud. vestre

Aeditissimus.

Martinus Baronius  
Iaroslauien. Cleric.

## Ioannis Cap: II. & 12.

Sicut olim Dominus noster Iesus Christus, Lazarum iam qua-  
driduam à mortuis ad vitam suscitauit in gloriam Dei, vt  
in eum fideles crederent, simile modo dei nutu Sanctus Stani-  
slaus Martyr Episcopus Cracouiensis Beatum Petrum, nobilem  
Petrauinum è mortuis, à triennium ad vitam reuocauit, fidelem  
testè Ecclesie dei, Regi sistit, & ius optinuit, ac siccis pedibus per  
Vistulâ fluium bis hinc & illinc cum cœtu populi miro ordine  
Dei perduxit. Vt Martinus Cromerus lib: 8. Fol. 61.

BEATVS Petrus Nobilis Petrauinus Polonus, vir pius  
& iustus, quem S. Stanislaus Episcopus Cracouiensis, & postea

6

stea Dei Martyr, in solemnī Regni conuentu per calumniam quasi pagum à dicto Petrauino olim Ecclesię suę coemptum inique occuparet, in ius vocatus ad testimonium pro veritate dicendum triennio ante mortuum resuscitauit, & ad Regem Boleslaum Audacem dictū, ad eiusq; aulam, & ad nobiles in eodem regni conuentu congregatos adduxit, qui cū testimonium de agro à se vendito & pretio rite ab Episcopo sibi per solito dixisset, conditionem, in viuisne ad tempus manere, an statim iterum carnis sarcinam deponere vellet, à Sancto Stanislao sibi oblatam audiens, mori statim potius elegit, quàm viuere: petens à Sancto Episcopo, vt ei condonationem pænę quam adhuc in purgatorio ad tempus pro penalis in vita admissis pati debebat suis precibus à Domino impetraret. Cūq; Sanctus Stanislus se Deum pro anima ipsius rogatum promississet, iterum sepulchrum ingressus, in Domino obdormiuit, Anno Domini, 1202. Die 7. Septembris. Petrauini in eodem pago quem Sancto Stanislao vendiderat, & pro quo testimonium à mortuis resurgens apud Regem dixerat sepultus, in quo loco fideles beneficia à Deo & consolationem in suis necessitatibus consequuntur. Quem postea Sanctus Stanislus suis precibus ex purgatorio liberauit. Cui Beatus Petrus cum cœtu Angelorum in cælum in magna claritate transeundo, gratias Deo & Sancto Stanislao agens, se manifestauit, dicens: iam vado in æternam felicitatem cum Sanctis, in gloriam Dei gaudere. Laus Deo in Sanctis suis

Quam ergo felix es tu Casimira, quę tot ornamentis à Deo es illustrata. Habes Rupellam locum Martyrio Sanctissimi Pontificis Stanislai celebrem.

Habes ad em corporis Christi, inuentę ibi Sanctissimę Eucharistię à Iudeis perfidis abiectę in lutum insignem.

Habes in eodem templo corporis Christi Beatum Stanislao

❖

7

am Canonicū Regularē ciuē tuū miraculis clarū. 1489. Iunii 7.

Habes Beatum Martinum Baryckam, Canonici Iuris Doctorem, sacerdotem pium & sanctum, sub Casimiro Rege tertio, quod eius vitia reprehenderet, Martyrio coronatum, & in Vistula submersū, in templo S. Catherinę quiescentē 1266. 20. Apr.

Habes in Rupella Beatam Suentoslanam viduam sanctam ciuem Casimirensem, visione Sancti Stanislai Episcopi & Martyris, teste Dlugosio & sanctitate vitę celebrem 1077. 5. Febr.

His te ergo Patronis tuis & domesticis Dej diligenter commendes.

Authores Hystoria: Longinus Canonic: Cracouiensis in vita S. Stanislai Cromerus lib. 8. fol: 61. Miechouiensis lib: 2. cap: 19. Herburus lib: 3. cap: 8. Laurentius Surius Carthusianus, Tomo 3. in vita Sancti Stanislai. Stanislus Socolouius in Officio Patronorum, in vita S. Stanislai.

Reuisa & examinata est, ab his Reuerendis Patribus, imprimis: A Reuerentē Patre F. Egnia Iaroslaiuen: S. Theologię Doctore conuenualium, Ordinis S. Francisci, Guardiano Præmissien: bene existimata.

A Reuerendo Domino Iacobo MOYSKI Prouinciali Regni Poloniae, Ordinis S. Augustini Eremitarum, corroborata Cracouia.

A Reuerendo D. Stanislao Vierzbicki, Generali totius Religionis Canoniorum Regularium, S. Marię de Metri, de pœnitentia, beatorum Mart. Diui Augustini, colaudata Cracouia.

A Reuerentē Patre F. Sebastiano Siradien: S. T. Magistro, Priore Conuentus Cracouiens: Ordinis Prædic: SS. Trinitatis, confirmata.

A Reuerentē D. Adamo Opatouio, artium liberalium Magistro & Philosophi Doct. Collega Collegii maioris, Regio Profess: Canonico S. Annę, Præfecto priuatarum scholarum almę Academię Cracouiens. colaudata.

Cracouia autem 1604. Illustriss: D. Claudius Rangonius Comes, sedis Apost: Pauli V. Papę Legatus, Episc: Regi & Princeps, ad Sereniss: Sigismundum Tertium Regem Poloniae, suo robore confirmauit.

Reuerentē autem D. Andreas Schoneus S. T. & vtriusq; Iuris D. protunc Vniuersitatis Crac: generalis studii Rector cum esset, approbavit, & in lucem edidit permittit 1608. Cracouia.

Omnia S. Romanę Ecclesię Catholię, & eius Pontifici Maximo, diuine prouidentia, Domino nostro Paulo V. iudicio, ac eius authoritati feliciter commissa subiciō, in qua, & pro qua militamus, & Sanctis Dei,

❖



Sicut ambulavit seruus meus: Ezaias nudus & discalceatus,  
Trium Annorum, signum & portentum erit, dicit Dominus  
Esaie 20.



# VITA BEATI ESAIÆ Cracouiensis Poloni, S. T. D.



**BEATVS ESAIAS GENTE POLONVS**  
confessor Christi dilectus, anno à partu virgi-  
nis: 1430. Vladislao eius nominis quarto  
Regnum Póloniæ, vna cum Beata Hedvigi  
coniuge sua quæ in vita & post mortem ipsa  
miraculis claret, administrante. Nobilibus in

primis & Religiosis Ecclesiæ Catholicæ amantissimis parentibus.  
Cracouię in Platea arcensi feliciter est natus, patre Magnifico  
Domino Floriano nobili Bopero, matrè verò Bronislaua Lan-  
ckoronska nobilissima femina, cum aliis virtutibus, tum pieta-  
tis in Deum præstantissima natus. Hic postquam teneram illam  
& puerilem ætatem sub disciplina optimorum parentum egerit,  
& eos annos attingit, qui studio literarum sunt apti sine vlla mora  
ad gremium Academiæ Cracouiensis ex amantissimo parentum  
seno translatus est, vt ea indoles, quæ præclarum & diuinum  
quiddam protendebat, illa magistra suam maturitatem conse-  
queretur, & vberes fructus ac fertiles Ecclesiæ Dei daret, cuius  
in bonis literis atq; in primis in diuinis innitum fuit, & in dese-  
sum studium admirabilis in apprehendendo celebritas, in expli-  
cando sælicitas, in exponendo iugis, & melliflua orationis co-  
pia, & cum ea cognitionis varietate & copia esset, maxime vero  
cum in diuina scientia non mediocrem sibi peritiam comparasset,  
lauream Doctoratus in Theologia suscepit. Quam dignitatem  
cum non fastus nec ocii oblationem sibi oblatam esse probe  
nosset, sed laboris & humilitatis confestim animum in partes va-  
rias versare cepit, secumq; meditari quo in loco & qua vita con-

*Eius pa-  
rentes.  
Natus.  
Filia D.  
Hieroni-  
mi de  
Brzegie  
Lancko-  
ronski.  
Paprocki  
lib: stem-  
matũ fol.  
504.  
Similitu-  
dines.  
Esaiæ 1.  
Esaiæ 2.  
Esaiæ 4.  
Esa. 40.  
Esaiæ 33.*

- Esaiæ 54* ditione suscepta in partem vineæ Dei sabbath excellendam ve-  
*66.* nerit, erat iam temporis Casimiræ Religio fratrum Eremitarum  
*Esaiæ 31.* Sancti Augustini in exercitiis pietatis & vitæ monasticæ austeri-  
 tate sane laudabilis: per quam celebris in hanc magni animi cum  
*Esaiæ 56.* demissione spreto mundo, & illecebris eius nomen suum dedit,  
 in quo tam sancto instituto, quo spiritus & hominis intentionis  
*Esaiæ 38* ardore in mandatis Domini meditandis noctesq; versabatur quã  
 illi nullus sermo, nulla cogitatio graciosior & iucundior adfere-  
*Esaiæ 66* bat, quam de illa beatitudine cælestis patriæ. Mores vero ac  
 vitam ad præscripta vitæ Monasticæ ita conformabat, vt omnibus  
*Esaiæ 28* speculum & exemplar consummatum, & omnibus numeris  
 absolutum esset, & quemadmodum vitis in fertili solo plantata  
 vberimos fructus ferre consuevit, ita hic fecundissimam omni-  
*Esaiæ 55* um virtutum Eremitarum Religionem misertus voto pietatis,  
*Esaiæ 95* ieiuniorum afflictionibus, cubationis humi, vigilarum & ali-  
*Esaiæ 64* arum piarum exercitationum, afflictionibus perpetuis, maxi-  
 mos fructus dabat. De quo illud diuini Psalmistæ meritò cum  
 dici poterat, erat tanquam lignum plantatum secus cursus aqua-  
 rum, quod fructum suum dabat in tempore suo, nec multo post  
 delatum sibi munus in auditorio fratrum. Diuine scripturæ  
 sensus reconditos interpretandi non inuitus suscepit. Cuius in  
 dicendo, quanta contentio, quantus feruor, quam non tam  
 intellectum verum subtilium peruestigatione tanquam pabulo  
*Esaiæ 51.* reficiebat, quam ipsam voluntatem in amorem Christi rapiebat.  
 Dum verba illa ex ore suo diuini spiritus flamma accenso, tan-  
 quam faculas in audientium animos spargeret. Et modo ora-  
 tione repeteret, qui primi parentis nostri lapsus fuerit, & quan-  
 tas incalamitates, vniuersam illius progeniem conuicerit, &  
 quomodo tanti facinoris supplicia ab homine remoueri non po-  
 terant, nisi vnigenitus Dei filius ex sinu patris missus humanam

# Ordinis Sancti Augustini Eremit. 11

carne[m] suscepisset, nosq[ue] cum aliis sponte laboribus susceptis  
tum crucis tropheo ab illis æternis suppliciis emancipasset, quan-  
ta verò & animi contentione in memoriam iisdem in Christo Iesu  
dilectissimis fratribus reuocabat, vt vitę suę susceptę recordaren-  
tur, vt castitatem, paupertatem, & obedientiam tanquam verę  
professionis tryngam, quę in cælos ex his teneris euolant ample-  
xarentur, ac studiosè retinerent, & hoc tantumq[ue] studium erga *Esaie 61.*  
fratres in Beato patre Esaia elucebat, sed dum hoc teneris fratri-  
bus animis diuini verbi fluenta instillabant, ipse quoq[ue] tanto *55.*  
deuior & seuior in carne sua maceranda & cupiditatibus do-  
mandis erat, in eoq[ue] diuum Paulum Apostolum imitatus casti-  
gabatur corpus suum & in seruitutem dirigebat, ne fortè cum aliis *50.*  
prædicaret ipse reprobis efficeretur. Die noctuq[ue] genibus po-  
sitis in oratione persistebat, animusq[ue] diuinarum contemplatio-  
num suauitate captus & delinitus, parnam aut nullam corporis *58.*  
curam gerebat. Ieiunia illi suauissimus cibus erant, tumque se  
vincendum sentiebat. Cum nullis aut raris, aut exiguis pertur-  
bationum fluctibus agitaretur, & vt freno impetus equi com-  
primitur, ita ex fetibus equinis contexto sibi cillicio carnis con-  
cupiscentiam, ne aliquando in caucius erumperet frænabat.  
Nec tantum illi, cum desideriis carnis colluctatio fuit, sed etiam *Esai 50.*  
cum potestatibus tenebrarum, cum enim diuino mentis seruore  
in Deum eleuatus, aut preces funderet, aut meditabundus per-  
sisteret, fædissimum spiritum aut horrendis vocibus percellaba-  
tur, aut verberibus concutiebat. Nullibi autem ille frequens *50.*  
orationum. Quam ante imaginem Beatissimę Virginis Marię  
quam sua cura & piorum hominum impensis extruxerat, & si  
quando in preces & in spiritus ardorem effundebatur. Magna  
claritate circumfusus in aerem rapiebat, quo in raptu carmen  
Ecclesię. Aue Regina cælorum cantare audiebat. Eo tem-

pore quo Beatus Pater Esaias vixit sanctitatis vitę admirabili. Erant quoq; viri sancti qui claruerunt Cracouię. 1. Beatus Stanislaus Casimiritanus Canonicorum Regularium, Ordinis Sancti Augustini Casimirię ad Sacratissimi Corporis Christi frater apud cuius tumulum plurimi iam suarum infirmitatum sanitatem męstitię solatium recipiunt. 2. Beatus Ioannes Cantius Sacre Theologię Doctor, & celebris in Academia Cracouiensi Professor, qui cum in vita multis & admirandis claruit miraculis. Tum vero 24. vere mortuos pristinę sanitati suis precibus restituit. 3. Beatus Suentoslaus Slawcouiensis in Ecclesia Beatę Marię Virginis in circulo Cracouiensi Mansionarius, vltimarum voluntatum executor & visionum cęlestium contemplator, perpetuę in vita silentium obseruatur.

4. Beatus Michael Gedrucius nobilis Lithuanus Ordinis Sanctę Marię de Metri: de pęnitentia Sanctorum Martyrum ad Sanctum Marcum, qui quatuor mortuos resuscitauit ad vitam, & qui aliis quam plurimis miraculis claret. 5. Beatus Simon de Lipnica Ordinis Sancti Francisci de obseruantia, qui pęter alia admiranda, quę diuina virtus ad eius sanctas reliquias Deus operatur etiam decem mortuos ad vitam pristinam redduxit. Quam felix, quam beatum illud sæculum fuit, quod illum vitę innocentiam, puritatem, sanctimoniam, tot sanctissimorum virorum intuebatur. Atq; inprimis Beatus Esaias noster illorum consuetudinem fouebatur, vitamq; se non dissimilem cęlesti internis agere putabat, si quando illorum vultus considerabat, aut si cum his de rerum cęlestium pęstantia sermonem habebat, & cum in singulis virtutes admirabatur easdem ipse imitabatur, sæpe nudis pedibus hyeme & frigoibus intentis temporibus in templum veniebat, & si quando ob defatigationem somno corripiebatur in terram se abiiciebat & membra defissa

Esaię 60.

62.

Esaię 64.

Esaię 10.



defessa quiete reficiebat. Toto tempore quod illi ab officiis Monasticis supererat, in diuinis precibus & meditationibus consumebat. Maximè verò pro his qui mortalium peccatorum pondere depressi iacebant. Supplex apud Deum erat. Fratribus autem suis languore aut aliqua infirmitate, correptis quæquæ *Esaie 58.* omnia & minima obsequia, cum magna alacritate præstabat. iucundissimum illi quoque fuit, aliquoties in hebdomada cum licentia superioris Sancti Stanislai Martyris, Sanctæ Hedwigis in arce, Sanctæ Salomeæ Reginarum Poloniæ, & aliorum Sanctorum quorum Sancta corpora Cracouiæ tumulata sunt, sepulchra nudis pedibus visitare illorum cineres & Sanctissima ossa cum magna veneratione exosculari solebat, eadem opera diuertebat ad domos pauperum infirmorum ac mæstorum, eosdem ad patientiam excitabat crebro suis sermonibus adhortans, felicem hanc molestiam beatam ægritudinem esse, quæ illis æternis gaudiis compensabitur, eosdem ad penitentiam per salutarem confessionem expianda peccata hortabatur. In eos verò qui illius odio flagrabant tanto amore fuit, vt sæpius ad illorum genua procumbens veniam deprecaretur, manus ac pedes illorum exosculans, ac in eam orationem prorumpens. Ignosce frater mihi peccatori quia Deum meum ac te fratrem meum grauitè offendi, votumquæ Regulæ Sancti Augustini patris nostri sæpius ignorantia & negligentia mea fregi. Ignosce quæso mihi frater mi, & hanc noxam dimitte, quia te grauitè offendi, & in his innumeris, & admirandis pietatis exercitiis, & dum Beatus Esaias versaretur, animum tamen ad vitam diuinam contemplationem referebat. Cuius doctrinæ & ingenii luculentissimum testimonium præbent commentarii eius acutissimi super (quatuor) libros Magistri sententiarum conscripti, & in lucem æditi. Cùm autem vir Beatus Esaias iam planè præsentis vitæ suæ pertesus ardenti desiderio ad

Ieſum Chriſtum anhelaret, non in longum eius deſideria fideliffimus ſeruis ſuis Dominus Deus diſtulit: ſed cum iam ægritudine correptus decumberet. Beatiffimam Virginem Mariam cum cętu Angelorum ad ſe venientem conſpexit, quę precium & ſalutem mundi Chriſtum Ieſum puerulum in ſuis vlnis geſtans deferrebat, hanc verò penes ſequebatur comitatus Sanctorum Patronorum Regni Polonię, inter cęteris Sanctus Staniffius, Hyacinthus, Caſimirus princeps, Sancta Hedwigis, Sancta Salomea, Sancta Kunegundis Reginę Polonię, atq; ſic illi Beata virgo Maria hilari vulu & mellifuis verbis locuta eſt. Eſaiæ

ſerue mi dilecte paratus eſto, iam poſſidere Regnum Dei ab initio mundi à Deo omnibus Sanctis paratum. Hac tam celeſtiffime mirum in modum recreatus, tempus reſolutionis ſuę vitę cum magno gaudio expeſtabat, conuocatiſq; ad ſe fratribus illis omnibus ſui diem obitus indicauit, poſtea in terra proſtratus ac genibus flexis, peccatorum ſuorum confeſſionem fecit, & cum magna humilitate abſolutionem petiit, & Sanctiffimo Eucharifficę corporis Chriſti Sacramento communitus, & aliisq;

90 Sacramentis ex more Chriſtiano receptis, gratias Deo omnipotenti pro vniuerſis beneficiis vitę ſuę fecit, & manu extenſa eleuatis oculis in cęlum ſigno Sanctę Crucis fratres muniens atq; vltima hæc locutus eſt, in Chriſto Ieſu fratres mei chariffimi felicitate hic diu in pace Domini noſtri Ieſu Chriſti valete, cum hoc

44. 61. Benedicat vos Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, patrum noſtrorum Benedicat vos Pater & Filius & Spiritus Sanctus & det vobis ſuam Sanctam pacem, timorem Dei, fraternam charitatem, Sanctam patientiam, firmam obedientiam, fidem, ſpem, charitatem, firmam fraternam in Sancta Religione conuerſationem ac ſynceram deuotionem, poſt hac vero vitam illam ſempiternam, in qua æuo ſempiterno fruuntur ſine fine. Ad

extre-

# Ordinis S. Augustini Eremit: 13

extremum singulos ex oculans, eleuatis in cęlos oculis & plaudens manibus verba hæc dicens. In manus tuas Domine Iesu *Paral: 10*  
Christe fili Dei & Virginis Marię commendo spiritum meum, *cap: 29*  
ex hoc mortalitatis ergastulo solutus, ad cęlum lætus migravit.

Annus erat quò hic Sanctus corpore recessit & adeptus est Regnum Dei. 1411. Die 8. mensis Februarii, quo in Polonia Ludouicus Rex Polonię & Hungarię regnauit, eo tempore Sixtus 4. Papa monachus Ordinis Sancti Francisci Ecclesiam Romanam feliciter regebat. Corpus verò multis suorū cum lacrimis in Ecclesia Beatę Catherinę, & in sacello beatę eiusdem *Acto: 70*

in ambitu fratrum Ecclesię honorifice sepultus est, & hæc est Beati Patris Esaię vita breuis, ea enim quę à fratrum manibus cum miraculis conscripta fuit, sed incendio vna cum aliis libris periit. Miracula vero quę illius vitę sanctitatem testata sunt, aliqua tantum præcipua subiungimus, quod Deus operatus est per merita eius beati serui sui Ezaię, nunc & semper operari non desinet, vt in primis cum adhuc viuus orationi vacaret ante imaginem Beatissime Virginis Marię, quam ipse sua impensa, in pariete in ambito deuotionis suę causa fieri depingere curauit pulcherrimè, gestantem puerum Iesum paruulum, cuiusdam viri nomine Stanislai Ciuis Casimiriensis mortui cadauer inferrebat, vt humo traderetur, cum luctu parentum, cui vitam & spiritum restituit. Verbis illis ad Beatam Virginem Mariam fuis, *Esai: 26*  
Monstra te esse matrem. Felix cęli porta &c.

Tumulum eius lux sæpius descendens suis illustrabat radiis, quam non raro noctu, & matutino tempore deuoti fratres conspiciabant Anno Christi 1479. Mulieres impudices & mundi voluptatibus deditę supra Beati Ezaię tumuli locum consistant vel pedibus calcabant, à quo vi sunt quadam repulsę, vt *Esai: 26*  
propè ex animis discesserint Anno 1569. April: 10.

Constitutio

Esaiæ 45

Constituerant fratres Prouintialis sui defuncti corpus sepulture quæ esset vicina. Tumulo Beati Esaiæ mandare, sed cū longus & magnus labor fuisset susceptu in lapidem monumenti reuoluendo irritum esse conatum cum viderent: qui diuinæ voluntati repugnarent, à proposito recesserunt Anno Domini, 1602. Octobris 6.

Famatus Ioachimus Foxius Ciuis Casimiriensis à morbo caduco est liberatus, facto voto visitandæ Beati Esaiæ tumbæ cum cæreo, votum impleuit gratiam accepit, Anno Domini, 1603. Die 9. Februarii.

Honestus adolescens nomine Petrus Snacki Casimiriensis in sua graui infirmitate decumbens, & cū votum vouit visitare sepulchrum Beati Esaiæ cum missa votiuâ & munusculo cæreo, votum impleuit sanitatem obtinuit.

Anno Domini 1604. Die 10. Februarii. Tres fratres eiusdem Ordinis, itineris ob grauitatem pedum capitum quæ; dolorem diu passi, & alii quam plurimi, voto facto visitandi sepulchrum beati serui Dei Esaiæ, eius fauore breui tempore perfectè sanati sunt.

Anno Domini 1606. Die 10. Februarii. Honesta quædam mulier nomine Anna Niedzielanka Casimiriensis graui morbo correpta in lecto decumbens, iam extremis laborans, voto facto cum deuotione visitandi Beati Patris Esaiæ tumuli, cum vna missa votiuâ, & munusculo cæreo, votum expleuit sanitatem pristinam recepit.

Anno Domini 1607. Die 30. Ianuarii. Nobilis Christopherus Prawinski Timpa Sacræ Regiæ Sigismundi Tertii Regis maiestatis, votum cum munusculo cæreo & vna missa votiuâ visitare tumbam Beati Esaiæ doloris pedum diuturnæ sanitatis obtinendæ causa, quem tantum patiebatur, vt & iam

aulla

nulla medicamenta aut ingenia medicorum prodesse valerent, perfecte meritis beati Esaię est sanatus.

Anno Domini 1607. Die 4. Februarii. Nobilis Hieronymus Lazarowski puerū suū nomine Stanislaum, morbo caduco multas vices sæpè laborantem, voto pro eo facto adu-  
undi tumuli, Beati Esaię cum cęreo sanctis meritis sanitati restitutum vidit.

Anno Domini 1607. Die 8. Martii. Famatus Simon Ciuis Clepardiensis, coniugem suam Heduigem in graui infirmitate fermè agonizantem multò tempore in lecto decum-  
bentem tantoque morbo precessam, vt dierum continuorum spatiis, nullo potu ac cibo reficeretur, & cum voto pro ea à marito facto visitandi tumulū Beati Esaię cum vna missa vo-  
tiua, post votum promissum sanam se inuenit, laus Deo.

Anno Domini 1607. Die 1. Aprilis. Honestā domina Catherina de Casimiria, à maligno spiritu diu obsessa, & semper à demonio vexata, ad huius Sancti tumulum, eu-  
rata & liberata est.

Anno Domini 1607. Die 2. Aprilis. Famatus Adalbertus Sutor Casimiriensis, feбри acuta & alio morbo lōgo tempore oneratus, votum fecit visitare sepulchrum Beati Esaię cum cęreo & vna missa votiua, cito sanitatem pristinam lucratus est, laus Deo

Anno Domini 1607. Die 5. Martii. Honestā matrona Anna Spercina Ciuis Casimiriensis tanta infirmitate correpta vt in dubium consilia medicorum in vita sua vocasset ad Beati Esaię sepulchrum itineris suscipienti: à suis parentibus voto facto, mox sanitatem pristinam obtinuit, gloria in excelsis Deo in Sanctis suis.

Anno Domini 1607. Die 9. Aprilis. Honestā  
C femina

## Vita Beati Esaiaë Poloni

fœmina nomine Anna Czapikowska Casimiriensis, puerum suum nomine Albertum phthisem grauisimumq; pectoris morbum diu perpesum, post votum vero à matre pro eo, non dissimili voto factò, cum oblatione missæ votivæ in honorem Beatæ Mariæ Virginis, ac Beati Esaiaë, statim pristinæ sanitati restitutum se cernens cum maxima Deo & Deiparæ Virginis Mariæ huicq; Beati Esaiaë peculiarem gratiarum actione, non mediocri læticia perfusa est.

Anno Domini 1607. Die 2. Augusti. Famatus Augustinus Stokloska Ciuis Casimiriensis lepra & graui dolore capitis, diu multumq; excruciatu, simili voto factò cum munusculo, ac missæ votina adiuncta, voto expleto perfecte sanatus est.

Anno Domini 1607. Die 8. Maii. Famatus Samuel Ferlorn aurifaber ciuisq; Cracouiensis, ex platea Arcensi, graui & insanabili infirmitate vno mense pressus, à medicisq; iam profusus derelictus, expositis plusquam 30. aureis Vngaricis in medicamenta, illis non proficientibus, tandem ad Beati Esaiaë merita cū voto conuersus vntus missæ, absoluentæ voto expleto sanum se multis stupentibus conspexit, gratias Deo agens in Sanctis eius.

Anno Domini 1608. Die 10. Iunii. Honestus adolescens Stanislaus Sulkowicz, famulus Reuerendi Patris Provincialis Domini Iacobi Moyski Ordinis fratrum Eremitarum Sancti Augustini, dum se ex Lithuania Ciuitate Brzescie Cracouiam reciperet, propter astum solis, in grauem morbum vel febrim incidit, ita vt de sua sanitate desperaret, votum vnic visitare sepulchrum Beati Esaiaë, sanitatē pristinam paulò post consecutus est.

Anno Domini 1607. Die 14. Maii. Ego Stanislaus

## Ordinis Sancti Augustini Eremit. 19

flaus Golebiowski Ciuis Casimiriensis, protestor corā Deo & piis hominibus qualiter puer meus nomine Stanislaus valde infirmus & per septem hebdomadas in lectulo decumbens, sine villo cibo, tantum parum potu refocilans, & sine nullo quietis die ac noctu spatio, etiam in qua infirmitate lumen oculorum, ob grauem calorem & frigiditatis febris ac dolorem capitis amisserat, cæcus permanens, tandem in hora mortis vna die agonizans, deploratus derelictus, votum pro eo feci, si esset viuus visitare monumentum Beati Ezaie patronis Casimirię, cum missa votiuā & munusculo cæreo, statim eualescit, & sanus extitit. laus Deo in Sancto Ezaia

Anno Domini 1608. Die 29. Iulii. Domina Anna Milowska Ciuis Casimiriensis, testatur quod puella sua nomine Hedugis, seruilis, grauer infirmata diu in lecto decumbens, post vota facta visitare sepulchrum Beati Ezaie, tamen patrocinio Sancti Esaię sanatur, laus Deo.

Anno Domini 1608. vltima Decembris Casimirię ad Cracouiam in platea dicta Cracouiensis, coniunx Domini Ioannis Zalencki Ciuis Casimiriensis, nomine Regina in partu diu periclitata puerum mortuum peperit. Quod vbi maritus eius inaudiuit, luctu & lamentis vna cum vxore domum replere cæpit, & diuinam misericordiam implorare, vt hoc peccatum sibi non imputaret: tandem ad patrocinium cum voto facto Beati patris Ezaie confugerunt visitare sepulchrum Beati Esaię si puer esset viuus, cum vna missa votiuā & munusculo cæreo ad instar magnū pueris. Quod vix dum illi animo conceperunt & vouerunt, statim puer diuina misericordia reuixit. Nam post horam ferè tertiam natiuitatis suę oscitare & plangere fortiter cæpit, grati Diuini beneficii gaudentes cum vicinis suis votum persoluerunt, & puerum aquis lustralibus nomine Ezaie

## Vita Beati Eſaiæ Poloni

impoſito tinxerunt, laus Deo in Sanctis eius.

Anno Domini 1608. Die 17. menſis Aprilis, Ho-  
neſtus Laurentius Leopoliensis, dum Caſimirię aderat ob dolo-  
rem capitis vehementiſſimum per aliquot hebdomadas preſſus,  
à medicis dereliſtus: & cùm iam medicorum artes fruſtra ten-  
taſſet ad Deum Beatamq; Virginem Mariam, ac ad Beatum  
Ezaiam propter auxilium recurrrens, votum fecit cum munu-  
ſculo viſitare ſepulchrum beati Ezaię à deſperato dolore perfe-  
ctę ſanatur, Laus Deo in ſanctis eius.

Anno Domini 1609. Die 12. menſis Martii. Famatus  
Ioannes Haler, Ciuis Olcuſienſis, vbi metalla fodiunt, intenso  
dolore capitis preſſus diuerſo tempore, tandem coram patre  
fratre Auguſtino Caſimiriense Ordinis fratrum Eremitarum  
Sancti Auguſtini votum vouit viſitare ſepulchrum Beati Ezaię,  
cum vna tabella Argentea, & vna miſſa votiuā, mox votum  
vouit, ſtati diuina miſeratione à capitis dolore perfecte ſana-  
tus eſt, laus Deo in Beato Ezaia: votum ſoluit, ſanitatē obti-  
nuit, ac tabellam argenteam pro maiori fide apud Tumbam  
Beati Ezaię appendit.

Anno Domini 1609. Die 3. Auguſti. Caſimirię  
hora 19. Albertus puer annorum quatuor, filius Famati Iosephi  
Tyranski Architectoris & Ciuis Caſimiriensis, & matre Doro-  
thea cum aliis pueris ad Rippam fluminis Viſtulę ſtaret, ludendi  
gratia, caſu infortuito contingit in flumen Viſtulam, quę tunc  
inundauerat incidiſſe, ab aquis ſubmerſus & abſorptus eſt, vt  
neq; amplius viſus apparuit Tunc videntes hoc Sanctimoni-  
ales Monafterii Sanctę Agnetis, Ordinis Sanctę Clare ex Ec-  
cleſia per fenestras, horas vespertinas decantando, pueri miſe-  
rabilem vitę interitum, in terra genibus flexis inuocato nominis  
Ieſu & Beati patris Eſaię patrocinium, puer apparuit in medio  
Viſtulę



## Ordinis S. Augustini Eremit: 21

Vistulę, vsq; ad pontem mirabiliter in dorso, plus sexaginta passus denatando, & vsq; ad Rippam peruenientem, & exanimatus ex aquis, à circumstantibus extractus, & à matre sua mæstissima ad sepulchrum Beati Ezaie oblatum cum gratiarum actione, ita pristinę sanitati restitutus, & à morte liberatus est, meritis Beati Ezaie, Laus Deo.

Anno Domini 1609. Die 7. mensis Septembris.  
Honestæ Gatherine, vxor famati Ioannis, Malaanna dicti, Sartoris Ciuis Casimiriensis testatur, filiam suam vnus anni, in graui infirmitate sua iam agonizantē vsque ad mortem, ad sepulchrum Beati Esaię cum esset sana presentare eam cum munusculo vouit, & post missę sacrificium, domum reuersa filiam sanam inuenit meritis Beati Esaię, ac Tabellam testimonii fide descripta & pictam ad Tumbam appendit.

Anno Domini 1609. Die 10. Iunii. Cracouię  
Honestæ virgo Hedwigis accupix in graui infirmitate sua vsque ad mortem agonizans, pro qua pater suus votum vouit visitare sepulchrum Beati Ezaie cum vna missa votiuā, pristinę sanitatē restituta est meritis Beati Esaię, laus Deo.

FINIS MIRACVLORVM.

## Hymnus de Beato Esaiā.

Festina lux optata, lux  
Diui Esaię nomini  
Dicata splendescit Polonia  
Promamus ore gaudia.

## Hymnus.

**Hic** illecebras sæculi  
 Et blandimenta respuit,  
 Christumq; complexus Deum,  
 Toto ferebat pectore,  
**Carnisq;** motus incitos,  
 Mirasq; fraudes dæmonis  
 Somni cibiq; angustis,  
 Vincebat ô quam fortiter,  
**Precesq;** soluens debitas  
 Ad altare almę virginis:  
 Præbebat auras feruido,  
 Humo relicte spiritu.  
**Matremq;** adorans Virginem  
 Defuncta membra suscitavit,  
 Et plura sunt miracula  
 Testata Esaię sanctimonia.  
**Tu** nunc brenio perfruens,  
 Inter beatos cælites.  
 Sis ô benignus, sis parens  
 Nostros reatus deprecans.  
**Gloria** tibi Domine,  
 Qui natus es de virgine,  
 Cum patre & sancto spiritu,  
 In sempiterna secula.  
 A M E N.

## Antiphona Eccles: Cap: xxxix.

[Pse palam faciet disciplinam doctrine sue & in lege testamenti  
 Domini gloriabitur, collaudabunt multi sapientiam eius,  
 usque

# Antiphona.

25

vsque in sæculum non delebitur, non recedet memoria eius  
requiruntur à generatione in generationem, sapientiam eius  
enarrabunt gentes: & laudem eius enuntiabit Ecclesia.

Ora pro nobis beate Esaia.

Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Deus qui Ecclesiam tuam sanctam beati Esaie famuli tui ob  
sanctitatem vite eius Angelicoque ingenio decorare dignatus  
es: quæsumus immensam bonitatem tuam, vt eius paterna ad te  
intercessione, mentem nostram illuminare voluntatem, ad virtus  
tes sanctas accendere, Regulæ sancte semper seruare digneris, per  
Christum Dominum nostrum, Amen.

Sunt etiam alii duo viri Sancti eiusdem Ordinis Sancti Au-  
gustini Eremitarum, multis sanctis virtutibus clari, vt in Catha-  
logo Sanctorum Regni Poloniæ Patronorum, testatur in suis lo-  
cis: Beatus Simon de Olcus, vir magnæ contemplationis, Præsby-  
ter & Concionator erat. Post cuius mortem magna lux visa fuit  
apud eius monumentum. Olcusis sepultus apud suos Fratres,  
1536. die 3. Octobris.

Varsoviæ venerabilis P. Frater Hyppolitus, Professione Lai-  
cus, vir magnæ abstinentiæ: adhuc viuens, multos infirmos ora-  
tionibus suis à febra liberauit, 1592. die 9. Nouembris. Varso-  
uiæ apud suos fratres quiescit.

BEATI TRES FRATRES ORDINIS PREDICATORVM.

**B**eati tres Fratres Vterini, Venceslaus, Presbyter, Vladislaus  
Diaconus, & Visslaus Subdiaconus, qui omnes vno die Reli-  
gioni Prædicatoriæ sunt mancipati, à Sancto Hyacintho habitum  
susipientes, vna eademque die in manibus eiusdem Sancti Hy-  
acinthi solenne votum emisissent, tandem cum Sanctissime vixis-  
sent, in die Sacratissimo Resurrectionis Domini nostri Iesu  
Christi

## 14 Beati tres Fratres, Ordinis Prædic:


Christi, omnes tres ante altare post susceptionem Sacratissimi corporis Christi, in terram prostrati, vno die ad Beatorum sedes sunt euocati, sed ob ignorantiam atq; inaduerentiam Fratrum in horto loco non consecrato, sine cæremoniis Ecclesiasticis sunt sepulti. At cum Dominus sit zelator innocentie Sanctorum suorum, quodam tempore in somnis Priori infirmo magna claritate circumfusi apparuerunt dicentes: Cur corpora nostra in loco non consecrato sepelivistis? An nescitis quia membra Christi sumus, & cum Sanctis eius in cælo regnamus? Cur igitur separavistis nos à communione sepulture Christi fidelium? Ideò si pristinae sanitati restitui cupis, surge iube corpora nostra sepelire in capella Trium Regum, quod & factum est.

Anno Domini 1272 Die 23. Septembris. Qui suam sanctitatem miris prodigiis sunt testati. Vnum autem ex illis recensere sufficet. Quodam tempore cum Serenissima Regina Bona Sigismundi primi Regis Polonie vxor, & Sigismundi Augusti mater, eandem capellam Trium Regum, vbi horum Sanctorum corpora sunt humata, devotionis ergo visitasset, vna ex matronis ipsam comitantibus, criminis occulci rea existens, ignorans locum sepulture Sanctorum Confessorum, in illo fortuito flexit, sed Domino volente, & indignitatem ipsius, ac sanctitatem Confessorum suorum declarare, subito vestes quibus ornata erat, ex ipsa decidere ceperunt, cumq; niteretur retinere eas nec posset, aduerente id Serenissima Regina, secreto interrogata ab ipsa, num alicuius criminis sibi conscia esset, veritatem confessa est. Ex hinc Sanctorum corpora, in decentiori & secretiori loco sunt condita. Excerptum ex Diurnali Ecclesiarum Cracouiensium 1. par. fol. 41. facit etiam huius mentionem, Brendus Pater Frater Abraham Bzouius Sacre Theologie Magister in sermo Sancti Hyacinthi fol. 24.

*Catalogus Sanctorum Regni Polonia Patronorum in suo loco*

F I N I S.





944

89418  
/ 6

